



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Sanctæ Mariæ In Regula & sancti Pauli Abbatibus, & Præposito Imolensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

*NOBILI VIRO GAVFRIDO
de villa Arduni.*

*S A N C T A E M A R I A E I N
Regula & sancti Pauli Abbatis, &
Præposito Imolensi.*

*Epiſt. 65.
Vt reſtituat
bona Eccleſia
Coriathienſi.*

CVm quædam casalia, poſſeſſiones, homines, abbatias, Eccleſias, & alia bona Corinthienſis Eccleſia dicariſ non ſine tuæ periculo animæ ac iplius præjudicio retinere, nobilitatem tuam mo- nendam duximus & hortamur, per aposto- lica tibi ſcripta mandantes quatinus illius intuitu qui tibi manuſ suas magnificè ampliavit, ac pro reverentiā beati Perri & noſtra, venerabili fratri noſtro Corinthienſi Archiepifcopo reſtituens ipla bona, & compellens ad reſtitutionem debitam alios poſteſtate tibi tradita detentores, eun- dem Archiepifcopum & Eccleſiam ſua curæ commiſſiam taliter contra impugna- torum malitiam protegas & defendas quod ipla Eccleſia ſub tuo patrocinio ab incuſibus hoſtium conqueſcat, & tua exinde prudentia poſſe non immeritò commendari. Alioquin venerabiliſ fratribus noſtri Thebano Archiepifcopo & Epifcopo & di- lecto filio Decano Davaiensibus dedimus in mandatis ut te ad id monitione prämiſa per cenzuram eccleſiaſticam appellatione remota iuſtitia mediante compellant. Da- tum Laterani x v. Kal. Iunij, pontificatus noſtri anno decimoquinto.

In eundem modum ſcriptum eſt ſuper hoc eisdem uſque non immeritò commendari. Quocirca discretioni veſtræ per apostolica ſcripta mandamus quatinus ſi dictus nobilis mandatum noſtrum neglexerit adimpre- re, voſeum ad id monitione prämiſa per cenzuram eccleſiaſticam appellatione remota iuſtitia mediante cogatis. Quod si non omnes &c. duo veſtrum &c.

NOBILI VIRO O. DE ROCCA.

*Epiſt. 66.
De codem.*

CVm quædam casalia, poſſeſſiones, homines &c. ut ſuprā uſque non im- meritò commendari. Alioquin venerabiliſ fratribus noſtri Thebano Archiepifcopo & Epifcopo & dilecto filio Decano Davaiensibus dedimus in mandatis ut te ad id monitione prämiſa per cenzuram ec- cleſiaſticam appellatione remota iuſtitia mediante compellant. Datum Laterani x v. Kal. Iunij, pontificatus noſtri anno decimoquinto.

In eundem modum ſcriptum eſt ſuper hoc eisdem uſque non immeritò commendari. Quocirca discretioni veſtræ per apostolica ſcripta mandamus quatinus ſi dictus nobilis &c. uſque in finem ut in präcedenti con- cluſione.

DIlectus filius Præpositus Nonantula. *Epid. 66.* *U*nus tranſiſſa nobis conqueſtione monstravit quod cūm venerabilis frater cognomine noſter Mutinensis Epifcopus poſſeſſores & colonos terrarum de Seneida, quarum de- cimæ ad Nonatulanam plebem pertinere noscuntur, ſuper ſolutione decimaruſ ip- ſarum coram judicibus ſecularibus conve- niſſer, idem contra präfatum Epifcopum ſuper hoc ad dilectum filium Abbatem fan- eti Stephanuſ & cojuſdicem ſuum noſtras litteras impetravit; qui präfatis judicibus inhibere curarunt ne in negotio iplo proce- derent, cūm hujusmodi cauſa ad forum ſecularē minimè pertineret. Sed memori- ti judges, eorum inhibitione contempta, homines ſupradictos in decimaruſ ſolu- tionem ſententialiter condemnarunt. Quidcirca diſcretioni veſtræ per apostolica ſcripta mandamus quatinus ſi eſt ita, ſententias à ſecularibus judicibus ſuper re spirituali contra ſanctiones canonicas promulgatas auctoritate noſtra ſublatō appellationis ob- ſtaculo decernatis irritas & inaneſ, inhibentes Epifcopo memorato & Clericis ſuis ne ſententiis à ſecularibus judicibus ſuper decimis promulgatis utantur. Quod ſi non omnes &c. duo veſtrum &c. Datum Late- rani x. Kal. Iunij, pontificatus noſtri anno decimoquinto.

*ABBATI ET FRATRIBVS
sancte Marie de parvo Ponte Brunduſia.
Praemonſtratenſis ordinis.*

CVm à nobis petitur &c. uſque perdu- catur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii &c. uſque concorrentes aſſen- fu, terras, vineas, homines, domum, mo- landinum, & alia bona qua nobilis vir N. de ſancto Audomaro apud Thebas & caſale quod dicitur Hermoſastrum, pia vo- bis devotione confeſſit, ſicut ea iuſtè ac pacifice poſſidetis, vobis & per vos Ecclæ veſtræ auctoritate apostolica conſirmamus & präfentiſ ſcripti patrocinio communi- nimus. Nulli ergo &c. confirmationis uſque incurſurum. Datum Laterani x. Kal. Iunij, pontificatus noſtri anno decimoquinto.



Theſſalonicensis